



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Approbatio R. P. Antonii Possevini Societatis Iesu Theologi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**



APPROBATIO R. P. ANTONII POSSEVINI

*Societatis IESV Theologi.*

**A**D Instantiam R. P. Magistri Sacri Palatii Bartholomæi Mirandæ, legi & excussi Opera S. M. Teresæ de IESV, de quibus ita censeo; primum singulares me diuinæ Maiestati gratias agere, quod illorum tandem aliquando mihi inspiciendorum, & legendorum occasionem diu optatam dederit; neque enim possum non eximios ex eorumdem lectione fructus percipere, si ad ea quæ tradit præcepta, patentes aures, & patenti animum attulero. Deinde in magni diuinæ gloriæ incrementum cessurum, si in quâcumque ex Hispanica lingua translata, prælo subjiciantur: quod Spiritus sanctus sanctissimæ huius Virginis mentem & calamus hic ita dirigere videatur, ut post lectionem, non nisi summa ad omnes præsertim Religiosos ac Religiosas, atque ad eò vniuersos spiritualium rerum studiosos dimanatura sit utilitas. Videtur quippe Deus Opt. Max. non sine singulari quodam munere hisce ultimis ac nouissimis temporibus nostris, tam diuinâ Doctrinam, & Directricem in rebus spiritualibus mundo submittere voluisse, quæ, quidquid ad diuersos orandi modos, spirituum discretionem, & internarum locutionum intelligentiam quoquo modo spectat, quàm lucidissimè exponeret, & omnes, qui incidere hac in materia possent, dubitationum nexus, summa perspicuitate dissolueret; utpote quæ & orationi, contemplationique fuit addictissima, & immediatè à Spiritu Sancto edocta & instructa, ut inter Theodidactos non immeritò referri posse videatur. Romæ 20. Ianuarij anno 1592.

Ita restor.

*Antonius Possesinus Soc. Iesu.*

b 3

APPRO-

S.  
Theresia

Opera

N VII

156